



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Media prædestinationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

pare immunis fuit Magdalena ab insultibus & tentationibus Dæmonum.

CONSIDERATIO XXXVI.

VULNERA JESU.

Media Prædestinationis.

Communis est Sanctorum Doctrina, nostram prædestinationem non esse simplicem, sed ex duobus compositam. Hinc uerò prædestinati sumus ad Crucem simul & ad Regnum; ad Patientiam Christi, & gloriam Dei; ad dolorem sanctissimorum vulnerum, & ad gaudium illorum: ad prius tanquàm ad medium; ad posterius ceterum. Hæc doctrina eruitur ex Verbis Apostoli *Prædestinasti nos conformes fieri imagini Filii sui. Prædestinasti nos ad gloriam, simulque ad conformitatem & imitationem Christi Filii sui.* Rom. 8.

2. Ex hoc principio deducuntur aliquot conclusiones. Primò, si Deus uerè nostrum ad Crucem dirigit, lætemur: signum namque est, nos quoque ad Gloriam directos ac prædestinatos esse. Quod si crux, ad quam dirigimur, magna est, magna quoque erit Gloria. Secundò, tribulationes, quæ nobis eueniunt (excepto peccato) quia sunt med'ia ad Gloriam directa, ueniunt de manu Dei, easque uoluit, approbavit, & ab æterno ordinauit. Eas, regatas à Deo nobis donatas, decet nos æstimare, acceptare, amplecti, & amore prosequi, non minus atque ipsa Gloria nobis chara est. Tertiò, Non est tempus in hac uitæ uellendi clauos, ait D. Augustinus, sed perseuerandi sub clauis in Cruce cum Christo uulnerato: etenim totum uitæ præsentis tempus destinatum est cruci, seu pignori & arthæ futuræ Gloriæ.

3. Quapropter S. Apostolus Paulus septus undiq; tribulationibus sed consolationibus recreatus & roboratus merito exclamabat: *Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra: nouerat enim, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem spem, spes uerè (sc. præmii Gloriæ tribulatio promissi) non confundit.* 2. Cor. 7. Rom. 5.

CON.